GEDICHTE AUS IVREA.

Cum secus ora uadi placeat mihi ludere Padi, I
Fors et uelle dedit, flumine nimpha redit.
Tempus erat florum, quod fons est omnis amorum,
Mense sub aprili cum placet esca stili.
Accessi tandem scrutatus quę sit eandem,
Inuitans sedem de prope duco pedem.
Mox specie tactus memorandos conspicor actus
Et uix continui quod sua non minui,
Factus et ut mutus tandem sum pauca locutus
Et multum pauide sed tamen hęc auide:

'Siste, puella, gradum per amęnum postulo Padum
Et per aquas alias tam cito ne salias.
Siste, puella, precor per terram, queso, per equor,
Si loqueris soli, nil patiere doli.
Vestitus cultus pulcher super omnia uultus
Te generis clari conprobat ore pari.
Ex stellis frontis pares germana Phetontis,
Iuno tibi cedit de Ioue quando redit.
Dic dic prudentes qui te genuere parentes
Et generis ritum dic patrieque situm'.

Non stupefacta parum reputans nimis istud amarum
Sic timet ipsa loqui sicut ab igne coqui.
Spreuit uitauit caput inclinando negauit,
Vix uocem rupit quam retinere cupit:

'Si de prole uoles, decorat me regia proles,
Nobilis est mater, nobilis ipse pater.
Si proauos queris, dis uim fecisse uideris,

3 omnis] *gl.* uel dulcis. 11—14 *am rande nachgetragen, daher einige lücken.* 11 . . adum. 12 . . e. 13 *fehlt vor* terram *ein wort*, per *oder* in. 14 patiere . . oli.

Sanguine de quorum me sapit omne forum.
Ne super hoc erra, genuit me Troica terra,
Terra dicata deo nota parente meo.
Sed fugiens quendam cupientem figere mendâm
Hunc circa fluuium floris amo studium.'

His siluit dictis curis ex parte relictis
Vix uix assedit se propiusque dedit.
Iam iam confisus dubios prius erigo uisus,
Tactus amore sui taliter amonui:

'Si foret hoc gratum, floris decerpere pratum
Tu posses mecum, munere mota precum,
Sepe sub umbella posses, speciosa puella,
Ludere letari, cura cupita mari.
Quod si tu nolis, caleas ut lumine solis,
Ventilet aura sinus, umbra sit apta pinus,
Vmbra decens lauri precio preciosior auri
Te recreare potest, umbra nec huius obest.
Currit aquę uiuę fons frondes subter oliue
Amnis sub teneris umbra dee Veneris.
Tempore sub ueris placeat quod forte laueris,
Fons monet herba recens et locus ipse decens.

Si uacat in cęna quod delecteris amęna,
Quod tibi constabit iussio sola dabit.
Quod parat alma Ceres numquam mutabile queres
Nec licet inde queri quod uehat urna meri.
Vis de mille meris potum? potando frueris,
Absit ab hac solus condicione dolus.
Artificis cura fiat tibi pocio pura
Oris lenimen quo reuocetur Imen.
Ecce mihi ciathi solidis sunt mille parati,
Aurea uasa petis, misit amica Thetis.
Si cupis argenti, dat multi summa talenti;

29 grecia *stand ursprünglich.* 46 Amnis *cod.* Ramis *vermutet Wattenbach.*

Innumerata iacet, si tibi summa placet.
Cum super omne places, gemmas tibi summe capaces:
Non uilis precii res superant Decii.
Rex dedit Indorum lapidum mihi munus eorum,
Quos erit inter onix, hunc habuit Beronix.
Est scyphus in signo factus de manzere ligno:
Munus opis uarię rex dedit Vngarię.
Vina propinabit Frix quem mea cura parabit,
Cum Ganimede Paris copula grata paris.

Si gustare parum uelles de carne ferarum,
Huius amęna cybi fercula summe tibi.
Si uolucres queris dandis pro uelle frueris,
Si tribuenda notes, summere plura potes.
Si placet ouilla bouis aut caro siue suilla,
Hoc erit ad libitum dulciter exhibitum.
Si reputas magnum quidem pascaliter agnum,
Mille meis phetis summe quod ipsa petis.
Ni foret hoc fedum, dapifer promitteret hedum:
A uictu caro sit procul ista caro.
Si uis lege noua cum centum matribus oua,
Accipe plura quidem re faciente fidem.
In gustu piscis si plus inihando deiscis,
Diuersi generis compos et auctor eris.
His epulis tactis petitur si copia lactis,
Vasis ecce nouis uictus ab ore Iouis,
Lac nec in iberno deerit neque tempore uerno:
Esse probat uerum caseus atque serum.
Omne genus pomi prebet custodia promi,
Absque quidem uicio quelibet est datio.
Terrarum numen tibi suggeret omne legumen
Et patiens tollera quod sapient olera.
Gramatice partes si uis aut quaslibet artes,
Ecce tibi studium sub studio rudium.
Cordam siue lire placeat modulando ferire
Vt tua lingua petet nec locus iste uetet.

73 auilla *cod.*

Vis cythare neruum de nostris tangere seruum
Mille dabunt sonitum per facilem monitum.
Si reputas carum, sonet ut genus omne tubarum,
Hoc sit in hac hora qualibet absque mora.

Si diuersorum situs est in mente locorum,
Vicinis pratis sunt loca grata satis.
Cum castris uille mihi sunt in predia mille:
Sub cęlo tales uix reperire uales.
Flores prata dabunt, fontes sua prata rigabunt,
En uer perpetuum: fac ibi uelle tuum.
Castra regunt uillas in nulla parte pusillas,
Preside me dites castra regunt equites.
Isti te tutam reddent loca grata secutam,
Ne ui predonis dispoliere bonis.
Villicus omne dabit quicquid te uelle notabit,
Voti pande sinus: nil erit inde minus.

Hic ornare thorum poteris uariamine florum:
Res probat atque patet, uipera nulla latet.
Nec reputato parum, talis solet esse dearum:
Cum Marti placuit Cipris in hoc iacuit.
Hunc habuere thorum rex et regina deorum,
Cum delectari iuuit amore pari.
His super apponam: facies de flore coronam:
Ista tegat crines, si paciendo sines.
Siue secus pratum mauis uariabile stratum,
Stratum tale tibi nos faciemus ibi.
De cedro sectum si precipis adfore lectum,
Sicut tu dices ars dabit ipsa uices.
Queris ab argento? nutu te uelle memento:
Quod te uelle sciam sedulus efficiam.
Quod mittunt Mauri mihi copia sufficit auri,
Ex hac materia summe uel ex alia.
Si de cristallo lectus placet absque metallo:
Prestet imago recens sultor et ipse decens.

107 grata loca *cod.*

Culcitra lectorum non uilis habebitur horum,
Dant Seres populi materiam foruli.
Ex auri lamma fit subtilissima trama:
Stamen erit Serum, trama Frigum ueterum.
Vt nix albescit stamenque nigrescere nescit,
Sed quę trama rubet, sol mihi cede, iubet.
Mille libras sumam, si digner uendere plumam,
Exponi precio nulla monet ratio.
In tali pluma iacuit cum coniuge Numa,
Ex hac materię fit thorus Egerię.
Ornat et est ostrum lectum uelamine nostrum
Quo melius Syrus non habet atque Tyrus.
Pellis et omne genus quod soluit sponte Rutenus
Fęnus iure datum conditione ratum.
Vt leuiter scandas, si forte pedalia mandas,
Dat tibi smaragdus non sine laude gradus.
Rumpere siue moras quod eas aliunde laboras
Regibus insolitus dat tibi grisolitus.

Ne ros nocturnus noceat calor atque diurnus,
Supra tendemus non sine fronde nemus.
Si tibi uile nemus, tentoria pluris habemus:
Ex ope cesarea uix emerentur ea.
Hęc sunt ex bisso texstoris pectine spisso,
Sunt operis uarii delicię Darii.
Eius Alexander successor et huius Euander
Pulsus in exilium detulit ad Latium.
Per successores hos Cesar adeptus honores,
Si liceat dici contulit ipse mihi.
Contulit Heinricus cui Saxon seruit iniquus,
Aut uelit aut nolit iam sua iussa colit.
Nil nocet his tensis pluuialis copia mensis,
Non nix non glaties grandinis aut rabies.
Lumina candele spernunt miracula tele,
Hoc gemme faciunt lumina quę pariunt.
Adsit tempestas cum turbine fulguris estas:
Intus qui residet cuncta serena uidet.
Bis lapides seni dant lumina lumine pleni,

Splendor habet quorum nocte micare thorum.
Hoc Salomonis opus lustrabit ab ore pyropus,
Munus preclarum non in honore parum.

Vrbis siue meę uox est tibi grata choreę:
Quod tibi dem dotes, dic, et habere potes.
Ecce uelut stelle uenient seruire puelle
Seruantes edes presto tenere pedes.
Tyrones adherunt tibi qui preludere querunt:
Sit procul omnis anus sepe nociua manus.
Vt uenias orant, hoc exorando laborant
Et pro uelle more sat graue, crede, fore.
Primates captant domine se plausibus aptant:
Hoc notat ascribi queque uirago sibi.
Acceleres ergo postponens cetera tergo:
Vox est ista senum, uox etiam iuuenum.

Cum placeas turbe, si uis, maneamus in urbe:
Totum quod queres, illud ab urbe feres.
Maximus urbis honos: dites habet illa colonos,
Tantum scire sinum nemo potest hominum.
Hanc diuersorum genus incolit omne uirorum,
Anglus et Acaicus Noricus Vngaricus.
Hanc habitant Indi gens et prius incola Pindi,
Vile nec Indorum tu reputato forum.
Hinc sunt iacincti nullo medicamine tincti:
Flumine de Nili scribite plura stili.
Nullus id ignorat lapis Indos omnis honorat
Omnis quem Claros contulit atque Paros.
Hic etiam iaspis quem uertice detulit aspis,
Dignus honore lapis, si reputare sapis.
Expositas Chous merces habet hic et Eous,
Sidon cum Tyriis cultibus in uariis.
Pallia Iudei, uendunt sua tura Sabei
Nardum cum spica balsama mirifica.

170 Quod *d. i.* Quot. 173 adherunt *d. i.* aderunt.
177 si *verb.* in se *cod.* 178 Hos *verb.* in Hoc *cod.*

Gingiber hic spirat, piper emptor emendo regirat,
Hoc pigmentorum dat genus omne forum.
Miscet pigmentum proprium per compita uentum,
Naris iudicium nescit in hoc uicium.
Vrbem ne spernas aperit que mille tabernas,
His pro dote datis tu potiare satis.
Quos soluit pannos mihi Flandria quosque per annos,
Istic comperies quam bona materies.
Institor a Creta tulit huc preciosa tapeta:
Hec adlata tuo credito proficuo.
Hic potes aurificum signis deprendere uicum,
Quę data te ditent, aurea signa nitent.
Sole magis splendent ibi queque monilia pendent,
Massam materie uincit opus uarię.
Ars ibi Vulcani studio non paret inani:
Huius opus generis nata tulit Veneris.
Hic uestes Elene poteris repperire Lacene,
Portus ante maris quas dedit ipse Paris.
Quin alie uestes sunt ad tua commoda testes,
Est quasi prodigium quod dat opus Frigium.
Hic est pictorum manus omnis et hic medicorum,
Et ualet officio quisque sibi proprio.
Omne quod est cernas ibi pęnas preter Auernas:
Vrbs est cura ioci forma cupita loci.
Teutonici Galli prestant munimina ualli,
I Martis famuli: sunt patrie tituli.
Cappadoces Parti nolentes cedere Marti
Aptant incudes sunt nec ad arma rudes.
Bello non serus muros obseruat Iberus,
Magni gens precii quam studio pecii.

Si populi uultum uites uitando tumultum,
Si qua placere tenes, menia quere penes.
Sunt camere centum minime sine laude clientum:
Cultus opis uarię labe carens Carię.
Si pro uelle peti datur ut des membra quieti,

213 Has *verb.* in ars *cod.* 224 I *d. i.* Hi.

Quod resident Pori dant tibi mille thori.
Versus picturam cordis conuertito curam:
Mente deos tota quos habet illa nota.
Mentis quere uia, cur hic sit Filologia
Atlantis proli iure iugata poli.
Si scelus hoc esset, nequaquam nupta subesset
Nec foret in cęlis, ni dare uerba uelis.
Cum di letantur nobis exempla parantur,
Quod nos letemur uult et utrumque femur.
Nos Venus inuitat, cum natam diua maritat;
Etas cum cogat ludere Iuno rogat.

Vt promissa petas mea res ortatur et etas
Necnon qua donor nobilitatis honor.
Si speciem spectes, aurem cum pectore flectes,
Quod uolo tu facies tanta uiri facies.
Si mea membratim uis membra notare diatim,
Laudibus ex equis absque labore nequis.
Aurea forma come laus est per menia Rome,
Splendentes oculi sunt speculum populi.
Cetera narrarem, nisi re manifesta putarem,
Cum manifesta patent, flumine metra natent.
Flumine quod restat dum Musa iuuamina prestat
Prestat et hoc gratis grata canendo satis.
Ne teneas mirum, calami si tango butyrum,
Vt tu lauderis, cum cor amore feris.
Lucifer ut stellis sic es prelata puellis,
In prelatiuis est sua forma niuis.
Constat et est clarum: superas genus omne rosarum
Sit iudex equus, tu geris omne decus.
Dum flauos humeris crines sparsisse uideris
Et pro uelle iacis, me sine mente facis.
Cerni quando sinis frontem religamine crinis,
Hec etiam crebras luce fugat tenebras.
Sunt oculi digni gemini ceu lumina signi,
Nulla supercilio pars datur in uicio.

242 uult utrumque *cod.* 245 *gl.* uel inuitat principis etas.

Dona refferre gene nostre nequit usus auene,
Lingua nequit uatum scribat ut omne datum.
Ad solis morem facies tua nacta colorem,
Hanc quociens uideam cogit ut astupeam.
Cum species oris rosei datur esse coloris,
Ni datur hos ori, tunc datur esse mori.
Cum gula candescat super hancque monile rubescat,
Hec ego dum uideo dulciter inuideo.
Es ueluti suber tumidum qui preterit uber:
Vber fructus apis copia queque dapis.
Dic dic quis nescit, quam pectus habunde niuescit,
Quod sub ueste latet dignius esse patet.

Ne uidearis hebes, dare responsalia debes:
Quod protelatur sepe nocere datur.
Non protelares, si pristina metra notares,
Laus est danda quibus, sicut in ore cibus.
Sum sum sum uates, Musarum seruo penates,
Subpeditante Clio queque futura scio.
Me minus extollo, quamuis mihi cedit Apollo
Inuidet et cedit, scire Minerua dedit.
Laude mea uiuit mihi se dare queque cupiuit,
Inmortalis erit, ni mea Musa perit.
Musa mori nescit nec in annis mille senescit,
Durans durabit nec quod amauit abit.
Quod decet ore teri uiuit dictamen Omeri
Et facit esse deum quem coluit Nereum.
Perpetuis horis tua uiuit face liquoris
Nec ualet illa mori carmine fama fori.
Perspicue signa quare sit nota Corinna:
Viuere Naso facit quando per ora iacit.
Vt semper dures, mihi te subponere cures,
Quod si parueris, carmine perpes eris.

274 hos *d. i.* os. 275 *gl.* rosescat. 294 *gl.* uel Quod.

II HYMNUS [1]) SANCTORUM SYMONIS ET IUDĘ.

Omne genus monochordi
uoce laudet sub concordi
Iudam simul et Taddeum
multa passos propter deum.

Carne uiuunt interfecti
mundi iudices effecti
cęlum ornant triumphantes
palmam manibus portantes.

Nobis parcant, postulemus,
hoc concedat rex suppremus
qui disponit quod est totum
cęlum terram maris motum.

Summi patris celsitudo
sui nati plenitudo
sancti flaminis cum prece
leuent nos a carnis fece. Amen.

III HYMNUS [2]) SANCTI TEGULI MARTIRIS.

Sanctus Tegulus nos tegat
et regente Christo regat,
ut sub karitatis alis
protegamur pulsis malis.

Per uirtutum ornamentum
ornans sese modis centum
strictos enses non curauit,
mori uitam deputauit.

Suis suis ornamentis
ornet sedem nostrę mentis,
ut in aula supernorum
simus comites eorum.

Hyporegiam decorans
et uirtutibus maiorans

1) hynnus *cod.* 2) hynnus *cod.*

nostro fulgeat in corde
peccatorum lauta sorde.

Deus pater suus natus
compar ab utroque fatus
huius uite post decessum
letum tribuat successum. Amen.

HYMNUS SANCTI PATRICII CONFESSORIS. IV

Carnis sepulto uicio
sancto laudes Patricio
det nostrę carnis cithara
cum omnis linguę littera.

Qui predicauit[1] Scotiam
domans gentis ferociam
hostilem domet aciem
uertens in fugam faciem.

Scottorum apostolicus
nulla uirtute modicus
per sua mirabilia
nostra mundet ouilia.

Patri nato cotidie
dentur laudes non uiduę
flamini lege sotia
canat nobiscum Scotia[2]). Amen.

HYMNUS SANCTI KHILIANI CONFESSORIS. V

Confessorem [1]) Kylianum
ueneremur[2]), non sit uanum.
hunc collaudet omnis mundus
suo dogmate fecundus.

Colligamus sanctum uirum
nostre mentis in butyrum,

[1]) *gl.* uel reformauit. [2]) csotia *cod.* [1]) confesorem *cod.*
[2]) *gl.* adoremus.

ut per rorem sui mellis
extinguatur flama fellis.

Per psalterium, per plectrum
commendemus ut electrum.
preciosior est auro
Christi sanctus in thesauro.

Patri nato uoto pari
constet nobis famulari,
ueneremur sanctum flamen
ab utroque moderamen.

VI HYMNUS SANCTI BRENDANI CONFESSORIS.

Iam Brendani sanctos mores
canant fratres et sorores.
sub concordi cantilena
sibi seruiat Camena.

Pater fuit monachorum
castitatis amans thorum,
huius mundi spreuit thorum
nunc collega supernorum.

Is imploret nos saluari
naufragantes in hoc mari,
ferat opem cito lapsis
pressis mole grauis fascis.

Rex supremus, deus pater,
quem lactauit uirgo mater
sancti flaminis cum uelle
nos diuino pascant melle. Amen.

VII

Sub quadraginta solibus,
quos anni giro colimus
preparem armarium
hostis contra contrarium.

Insudent elymosine
manibus cras et hodie;

caritatis milicia
nostra seruet hospicia.

Extendat fides lanceam,
superet ignorantiam.
ensem stringat sobrietas
iuguletur ebrietas.

Ingratum pondus crapule
non ferant nostrę spatule,
hos in ciborum genere
non parcat uentri tenere.

Pater cum suo filio
spiritus sub consilio
muniat nostra męnia
famulatrice uenia. Amen.

VIII

Gratiarum actiones
omnis lingua deo sones
qui ex nihilo construxit,
quicquid uelle suum iussit.

Actiones gratiarum
non sit deo dare parum,
qui nos filio redemit,
quos Adę culpa peremit.

Omnis cantus melodia
sit in suę laudis uia,
fiat sua cantilena
nostrum prandium et cęna.

Creatura creatorem
et redemptus redemptorem
laudet laudibus immensis
fidibus fidei tensis.

Quadraginta sub diebus
mentes lustret uerus Phebus,
ut caligo uiciorum
euanescat sole morum.

Deus deorum dominus
idem natus in omnibus
sancto spiritu socio
sint in nostro negocio. Amen.

IX

Sancti festum Corneli
sit nostri palma pretii
et Cypriani iaculum
sit nostrum propugnaculum.

Sub his triumphantibus
acincti bonis moribus
fugemus hostis faciem
calcantes stratam aciem.

Ergo celestes presides
mentes leuate desides
et uestri labor uomeris
sit nostri merces operis.

Omnipotentem dominum
et natum regem omnium
ueneremur paraclitum
sincerum caput capitum.

X

Sancta Thebea legio [1])
sit nostri stili regio
et eius ad tripudium
sit frequens nostrum studium.

Laudes sancto Mauricio
pio dentur officio.
sit sue palme iaculum
nostri mucronis capulum.

Sanctis uero martyribus
in laudum mille milibus
honor et perpes gloria
sit uigili memoria.

[1]) *gl.* uel Thebea sancta legio.

Agaune, lux in tenebris
morte sanctorum celebris,
exulta cum martyribus
factis supernis ciuibus.

Summi bonis principium
et filii iudicium
prestent sub prece flaminis
extremi spem examinis. Amen.

Apostoli festiuitas XI
sua celo natiuitas
cenum nostre putredinis
curet suis remediis.

Publicani confessio
gaudentis interiectio
quę commisimus publice
terat magistri pumice.

Leui leuet ponderibus
nos depressos inferius
et prestet sua uenia
scandamus ad Cyllenia.

Deo patri sint munia
cum filio communia;
sit idem sancto flamini
mestorum consolamini. Amen.

Vorstehende gedichte wurden 1845 von Ludwig Bethmann in dem archive des domcapitels von Ivrea entdeckt[1]) und in seinem reiseberichte zuerst erwähnt (Archiv für ältere deutsche geschichtskunde IX, 624). die handschrift nr. 85 folio, die durch feuchtigkeit zumal im anfange etwas gelitten hat, ist wie der schön verzierte titel f. 24 besagt der *liber psalmorum ex hebraico caractere et sermone in latinum eloquium a beato Geronimo presbitero editus.* über die zeit der entstehung belehrt die rückseite des titels, auf der es heifst

[1]) die benutzung der dortigen handschriften wurde mir bei meiner anwesenheit im letzten merz von seiten des hochwürdigen capitels in der freundlichsten weise gewährt.

Psalterii librum millena fruge refertum,
uirgo dei genitrix, donum tu sume, fidelis:
dat tibi Warmundus presul pro munere munus
et sibi post mortem uitam concede perhennem.

unser psalterium ist also eine von den handschriften, welche der neuerdings heilig gesprochene bischof Warmund von Ivrea [1]), ein zeitgenofse kaiser Ottos III zu ehren der heil. jungfrau schreiben liefs. an äufserer pracht der ausstattung, reichen verzierungen (in denen schlangenköpfe sehr häufig wiederkehren) und gemälden wird es nur durch ein missale des gleichen ursprunges (nr. 86) noch weit übertroffen, welches durch die fülle und schönheit seiner bilder einen hohen künstlerischen und culturgeschichtlichen werth beanspruchen kann [2]). auf die psalmen folgen am schlusse z. th. von jüngeren händen gesänge auf die kirchenfeste, eine litanei u. dgl. m., meist von noten begleitet. ein und derselbe schreiber, dem wir mehrere von diesen hymnen verdanken [3]), hat auch in dem ersten theile des codex, welcher einleitende stücke zu den psalmen, briefe des h. Hieronymus enthält, einige ganz oder halb leer gebliebene seiten zur eintragung von gedichten benutzt: so finden wir f. 17 hymnen auf Symon und Judas, auf Tegulus, Patricius, f. 21 auf Kilian [4]) und Brendan, gröstentheils mit neumen und unmittelbar danach f. 21—23 mit etwas kleinerer schrift und abgerückten anfangsbuchstaben in zwei columnen geschrieben das von uns vorangestellte liebesgedicht, auf dessen rückseite könig David mit vier spielleuten dargestellt ist.

Es steht nichts im wege den schreiber dieser verse zugleich für deren verfafser zu halten, zumal da von ihm zuweilen andre lesarten zur auswahl als glossen hinzugefügt sind. dieser dichter, der seinen namen der nachwelt vorenthalten hat, mufs ohne zweifel ein geist-

[1]) auf seine 1857 erfolgte heiligsprechung bezieht sich die schrift seines gegenwärtigen nachfolgers Luigi Moreno Vita di s. Veremondo Arborio vesc. d'Ivrea, Ivrea 1858, woselbst jedoch das ehrenvolle zeugnifs des bischofs Benzo von Alba übersehen ist: ad Heinricum IV imper. l. IV c. 4 (Mon. Germ. Scr. XI, 637).

[2]) vgl. über diese handschriften Bethmann a. a. o. 613—627, Cost. Gazzera delle iscrizioni cristiane in den memorie della r. accademia di Torino ser. II. tom. 11 (Torino 1851) p. 204 fg.

[3]) von diesen gedichten am schlufse der handschrift sind vorher nr. VII —XI zur probe mitgetheilt.

[4]) diesen hymnus hat Bethmann a. a. o. bereits herausgegeben.

licher, vielleicht ein domherr in Ivrea gewesen sein; denn eine fremde hand hätte doch sicherlich das stets dem capitel angehörige psalterium nicht für solche zwecke misbrauchen dürfen. bestätigt wird diese annahme auch durch den zur verherrlichung des h. Tegulus, eines angeblichen Thebäers, bestimmten hymnus: seitdem bischof Warmund die gebeine defselben aufgefunden hatte, wurde er neben seinem cameraden Bessus als schutzpatron von Ivrea verehrt. eine nähere zeitbestimmung erhalten wir durch die erwähnung Heinrichs und seines sieges über die Sachsen (v. 157): damit kann wohl nur Heinrich IV und die schlacht bei Homburg 1075 gemeint sein, womit das alter der schrift selbst in gutem einklange steht. von diesem kampfe waren übertreibende schilderungen nach Italien gedrungen [1]). bischof Ogerius von Ivrea, unter den hiernach unser dichter fallen müste, gehörte der partei Heinrichs an, da er unter ihm die italienische kanzlerwürde bekleidete und den gegenpapst Clemens anerkannte [2]).

Während die hymnen unserer handschrift sich ziemlich leicht und gefällig in gereimten rythmischen mafsen bewegen, wie sie für kirchengesänge beliebt waren, ist das liebesgedicht in leoninischen distichen abgefafst, die dem verfafser offenbar gröfsere schwierigkeiten bereiteten. seine verse leiden durch gesuchten ausdruck öfter an dunkelheit und nicht selten wiederholen sich ähnliche wendungen. ohne zweifel kannte der dichter den von ihm erwähnten Ovid und andere classische autoren, ahmte sie aber nicht im einzelnen nach. den alten, zumal wohl auch den grammatikern, verdankt er mancherlei gelehrte brocken, mythologische und historische namen, die er ebenso gern anbringt, wie

[1]) Benzo l. I c. 24 p. 608 *velit nolit, id ipsum affirmat Saxonia;* Bonitho ad amic. l. VII p. 90 ed. Jaffé läfst 15000 auf seite des königs fallen, Arnulf von Mailand l. V c. 3 im ganzen über 20000, der verworrene Landulf l. III c. 31, der diese schlacht mit der von 1080 verwechselt, gar 60000, Wilhelm von Apulien l. IIII v. 59 30000 (Mon. Germ. Scr. VIII 29, 98, IX, 280).

[2]) Ogerius erscheint als canzler Conrads 1088, Heinrichs 1090—93: s. Stumpf reichskanzler II, 209, 252, Giesebrecht kaiserzeit III, 635. erwähnt wird er schon 1075 in einem briefe Gregors (Jaffé monum. Gregor. 216). dafs er Clemens anerkannte geht aus einer litanei hervor, die sowohl Bethmann (s. 626) als Gazzera (s. 202) irrig auf Clemens II bezogen. daher ist auch Ogerius in einem gedichte des cod. Udalrici gemeint, *Iudicii partem committimus Yporiensi ingenii venam, rivum sermonis habenti* (Eccard. corpus histor. II, 3)

u. a. sein zeitgenosse Benzo von Alba dies zu thun pflegt [1]), bisweilen wohl nur aus reimnoth. die für einen geistlichen anstöfsige verherrlichung der sinnlichen liebe darf nicht so sehr befremden zu einer zeit wo der coelibat noch keineswegs vollständig durchgedrungen war und zumal an einem orte an welchem man der kaiserlichen partei anhieng.

Ueber den inhalt des liebesgedichtes bemerkte schon Bethmann, der es mit dem theocritischen cyclops verglich, dafs dafselbe für die kenntniss der moden, sitten, der toilette, der handelsgegenstände, des luxus sehr interessant sei und deshalb wohl einen abdruck verdiene. dies ist in der that der fall, wenn gleich die phantastische weise, in der der dichter alles zusammenhäuft was ihm von herrlichkeiten irgend woher bekannt geworden, zur vorsicht mahnt; auch trüben öfter die classischen erinnerungen das bild der wirklichkeit. jedesfalls tritt uns doch darin ein reich gesegnetes land mit hoch entwickelter städtischer cultur entgegen, wie es das damalige Italien war, eine durch lebhaften handel, namentlich den verkehr mit dem morgenlande genährte üppigkeit und verfeinerung des lebensgenufses, zu welcher die starr ascetische richtung eines Petrus Damiani und seiner genofsen die entsprechende kehrseite bildet.

Um schliefslich noch einige punkte von weiterem interesse herauszugreifen, so war der gebrauch der von unserem dichter hervorgehobenen indischen gewürze (*pigmenta*) in Italien ein sehr ausgedehnter. Ratherius von Verona (ed. Ballerini p. 367) nennt die Italiener verächter der kirchengesetze, *quoniam quidem libidinosiores eos et pigmentorum venerem nutrientium frequentior usus et vini continua potatio et negligentior disciplina facit doctorum.* die fülle der gewürze wird daher von Donizo (vita Mathildis l. I v. 822, Scr. XII, 368) bei der hochzeit des markgrafen Bonifacius gerühmt, *non ibi pigmenta tritantur, sed quasi spelta ad cursum limphae molendinantur ibidem*, während nach dem berichte des Petrus Damiani (epist. l. VIII ep. 3 p. 124 ed. Caetani) ein reicher Mailänder über den mangel derselben bei seiner hochzeitstafel

[1]) selbst Petrus Damiani gesteht (sermo 41, opp. ed. Caetani Lugduni 1623 p. 296) *olim mihi Tullius dulcescebat, blandiebantur carmina poetarum philosophi verbis aureis insplendebant et Sirenes usque in exitium dulces meum incantaverant intellectum.*

(*conspersum epulis defecisse pigmentum*) so sehr ergrimmte dafs er seiner schuldlosen mutter eine ohrfeige gab. als würze des weins erwähnt sie derselbe Petrus Damiani, der von sich sagt (l. I ep. 11 p. 6) *diversa quoque mellitae ac pigmentatae potionis genera perhorresco* und seine klosterbrüder tadelt (l. VI ep. 32 p. 106), weil bei ihnen ohne sein wifsen *mulsum melle simul et diversis pigmentorum generibus parabatur.* an einer andern stelle (opusc. 31 c. 6 p. 625) rügt er es dafs man deshalb schätze zu gewinnen suche *ut turritae dapibus lances Indica pigmenta redoleant, ut in crystallinis vasculis adulterata melle vina flavescant,* und an eine gräfin die den schleier genommen schreibt er (opusc. 50 c. 10 p. 725) [1]) *nec sororum potes nunc mensulis esse contenta, quae magnificis olim fueras ferculis assueta, sed nec olere quidem vel communibus cum eis uti potes eduliis, quae marinas exquisitasque delitias Indicis assueveras infercire pigmentis.* endlich aber dienten die *pigmenta* namentlich auch zur erzeugung eines wohlgeruches und kommen oft in dieser eigenschaft vor: so wurde k. Heinrich II bei tische ein *vas holovitreum valde pretiosum et Alexandrini operis arte compositum cum tritis est pigmentis allatum* (Vita Odilonis in den opp. Petri Dam. p. 330) und an zwei nonnen schreibt unser gewährsmann [2]) (l. VIII ep. 14 p. 135) *enimvero non ignoratis quasdam carnaliter conversantes diversas inter dentes aromatum ac pigmentorum species terere, ut viris suis iucundius valeant redolentis fragrantiae nitore placere.*

Auch manchen andern gegenständen des luxus, die unser dichter ausmalt, begegnen wir bei älteren oder gleichzeitigen autoren wieder [3]). so den kostbaren trinkgefäfsen, von denen Ratherius redet (praeloquior. l. V p. 143) *qui scyphis aureis, scutellis argenteis, cuppis auctioris pretii, crateribus imo conchis ponderis gravioris et invisae ulli saeculo magnitudinis instant operandis auro* (vgl. Donizo a. a. o. v. 829). derselbe sittenrichter tadelt die pracht eines bischöflichen lagers (eb. p. 146) *lectus post haec ornatur aureis distinctus mirifice crustis, fulcra sericis depicta*

[1]) ein hahn in pfefferbrühe wird von ihm erwähnt (op. 36 c. 13 p. 662).

[2]) vgl. seinen 72. sermo (p. 324) *solent autem sponsae nobilium diversas pigmentorum species mandendo per ora revolvere, ut advenientibus procis flagrantius valeant ac suavius redolere.*

[3]) aber was bedeutet v. 65 *de manzere ligno?* da *manzer* sonst *spurius* ist. dürfte man an maserholz denken?

proferuntur facturis, culcitra ipsa pallio optimo cooperta, scabellum tapete Gothico tectum und ähnlich äufsert sich Petrus Damiani über den aufwand der reichen seiner zeit (op. 31 c. 6 p. 625), indem er die betten viel glänzender findet als die altäre, *regalis itaque purpura, quia unicolor est, vilipenditur, pallia vero diversis fucata nitoribus ad sublimis lectuli deputantur ornatum* und weiterhin *dum phaleratis atque depictis se lodicibus contegunt . . apertis oculis dormire non possunt.* an letzterem orte wird auch der kostbaren tapeten und vorhänge gedacht mit denen man die zimmer verhängte. Ratherius ebenso wie Petrus eifern gegen die sucht nach ausländischen stoffen bei der geistlichkeit Italiens, der letztere hebt öfter das fremde pelzwerk hervor[1]). so schreibt er (l. II ep. 1 p. 25) *non ergo constat episcopatus in turritis gibellinorum transmarinarumve ferarum pileis, non in flammantibus martorum submentalibus rosis, non in bractearum circumfluentium phaleris* und anderwärts (op. 31 c. 6) *cum domestici murices nostris aspectibus sordeant, transmarinorum pelles, quia magno pretio coemuntur, oblectant . . ovium itaque . . despiciuntur exuviae, ermelini, gibellini, martores exquiruntur et vulpes*; ein geistlicher stutzer trug auf seinem haupte nichts anderes, als eine *gibellinica pellis* (op. 42 c. 7 p. 690). von der überladung mit edelsteinen sagt derselbe zeuge (p. 625) *omitto annulos enormibus adhibitos margaritis, praeterea virgas non iam auro gemmisque conspicuas sed sepultas.* auch das entgeht seinem tadel nicht, wie mit zahlreichen dienern geprunkt wird, von denen die einen gleich sternguckern jeden wink ihres herrn beobachten, die andern nach dem vorbilde der Martha wie schwalben unruhig herumschiefsen.

Die im alterthume berühmten phrygischen stickereien sind zumal für priesterliche gewänder nicht minder noch im mittelalter bekannt[2]), ohne dafs doch wohl an eine wirkliche herkunft aus Phrygien zu denken wäre. serische d. h. chinesische seide und

[1]) vgl. auch op. 13 c. 22 p. 523; Rather. de translat. s. Metronis c. 7 p. 310 *pro pileo quem moris est . . . . pelliculis exoticis intus farcire.* — zu v. 141 sei noch bemerkt dafs Heinrich IV 1075 eine rufsische gesandtschaft mit überreichen geschenken empfieng s. Lamberti ann.

[2]) Bock geschichte der liturg. gewänder I, 125—127. in der chronik von Monte Casino werden solche arbeiten oft erwähnt s. l. II c. 59, III c. 18, 31, 58, IIII c. 119 (Scr. VII, 667, 711, 722, 743, 835).

flandrische tuche [1]) waren gleichfalls geschätzte artikel. die aus Martianus Capella geläufige hochzeit der Philologie findet sich auch auf einer albe dargestellt, die herzogin Hedwig von Schwaben dem kloster S. Gallen schenkte (*alba .. illa philologiae nuptiis auro insignis* bei Ekkehart IV, Scr. II, 123) u. s. w.

Halle im mai 1868. ERNST DÜMMLER.

HERZOG ERNST.

In einem früheren bande dieser zeitschrift (7, 293—303) ist im anschlufse an die lateinische prosa von herzog Ernst eingehend über die sage selbst von dem herausgeber gehandelt worden. für den zweiten theil, der die wunderbaren fahrten des helden enthaltend erst im zeitalter der kreuzzüge an den ursprünglichen kern angeschofsen sein kann, sind die gelehrten quellen daselbst erschöpfend nachgewiesen, für den ersten volksmäfsigen theil möchte man wohl die geschichtlichen grundlagen noch klarer erkennen. darüber sind zwar alle neueren forscher einig dafs der name des helden auf herzog Ernst II von Schwaben aus dem hause der Babenberger zurückgeht (1015 —1030). geschichte und sage stimmen darin überein dafs Ernst in gemeinschaft mit seinem treuen freunde, dem grafen Werner oder Wezelo, als stiefsohn eines kaisers sich gegen diesen empörte und durch auflehnung seine länder verlor. richtig nennt auch die prosa seinen vater Ernst und läfst im herzogthum Ostfranken den bischof von Wirzburg als herzog auf ihn folgen (wobei wir eine verwechselung zwischen Ernst I und Ernst II voraussetzen müsten) [2]), während die gothaische bearbeitung überdies noch seine grabstätte in Rosstall (eigentlich Rossthal) bei Nürnberg kennt. die letztere,

[1]) vgl. den *conflictus ovis et lini* v. 171 flg., 193 (zeitschr. f. deutsches alterth. XI, 220) und über die quellen der seidenen stoffe im mittelalter Bock a. a. o. s. 26—32, Weinhold frauen s. 418.

[2]) vergl. hierüber Hirsch jahrbücher des deutschen reiches unter Heinrich II 2, 179 flg. und vorher s. 27: ob Ernst I in der that herzog von Ostfranken war oder nicht bleibt sich für unsern zweck gleich, jedesfalls hat man ihn später dafür gehalten. Wirzburg nennt an dieser stelle auch die gothaische bearbeitung.